



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

V. De proprietatibus, notis seu signis Ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

excellentiā demonstramus, & Christianorum animos noua quadā consolatione perfundamus.

CAPVT QVINTVM.

De Proprietatibus, & notis, seu signis Ecclesie.

Proprietates & signa Ecclesie, ut patet ex diuersis diuersorum pulcherrimis Tractatibus in magno numero sunt: nos tamen, ut magis principalia delibemus, eas proprietates pertractabimus, quæ in Symbolo Constantinopolitano continentur.

Dico itaque imprimis Ecclesiam, aut Dei, & familiam Christi vnā esse, & non plures: quod à magno illo martire Cypriano didici, ita dicente, *Quā Cypri. libr. de vnitate* vnā ecclesiam etiam in cantico cantu- *de vnitate* lagij *corum spiritus sanctus ex persona Domini eccles.* designat, & dicit, *Vna est columba mea, vna perfectā mea, vna est matris sue, electa generatrix nitrici sue:* Idem me docuit Apostolus in ea cum scripsit, *Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocati- nis vestra: Vnus Dominus, vna fides, vnū gen- baptisma:* Vnde Cyprianus subiungit, *Nemo fraternitatem in dicio fallat: ne-*

cel- mo si-

Robert.

Bellar.

Thom.

Bozius &

alij.

Ephes. 4.

C

mo fidei veritatem perfida prauaricatione corrumpat: Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed vñ lumen: & rami arborum multi, sed robur vñ tenaci radice fundatū: & cum de fonte vno riuus plurimus destuunt, numerositas licet diffusa videtur, exundantis copia largitate, vnitatem tamen seruatur in origine. Aueller adiuuans solis à corpore, diuisionem lucis vnitatem capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte praecisurum, praecisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: vñ tamen lumen est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitatem corporis separatur: ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit: praefluentes largiter riuos latius expandit: vñ tamen caput est & origo vna, & vñ mater, fecunditatis successibus copiosius foetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Hæc tantus martyr, quibus vnitatem Ecclesiae euidenter expressit. Eandem doctrinam Ireneus, alijque Patres, qui allegari hic possent, tam firmiter tenuerant, &

Ireneus l.
1. aduers.
Hæres.
c. 3.

allat

allatis nationibus confirmarunt, ut
 nullum de ea re dubium superfit. Suf-
 fecerit itaque nobis, si paucis causas,
 & rationes huius vnitatis exposueri-
 mus: Ecclesia itaq; vna est, quia in vni-
 us fidei doctrina, & eorundem sacra-
 mētōrum participatione fundata, vni
 capiti inuisibili Iesu Christo, eiusque
 visibili in terris Vicario Papæ Roma-
 no subditur. Quod autem ecclesia e-
 iusdem fidei doctrinam profiteatur,
 & eorundem sacramentorum partici-
 pationem sub vno inuisibili capite Ie-
 su Christo habeat, partim ex dictis
 patet; partim ex dicendis patebit; vti
 & illud, Romanum Pontificem huius
 ecclesiæ militantis summum ac supre-
 mum visibile caput esse. nobis enim
 hoc loco satis est, tale aliquod caput,
 quodcunq; tādē illud sit, necessariū fu-
 isse, & ecclesiā semper tale caput ha-
 buisse; Nā vt inquit Hieronimus, *Ex*
duodecim vnus eligitur vt constituto ca-
pite scismatis tolleretur occasio.

*Rationes
 cur Eccle-
 sia sit
 vna.*

1.

*Hieron.
 aduers. Io-
 uinian.*

2. Ratio!

Altera huius vnitatis causa est,
 quod ecclesia ab vno spiritu rega-
 tur, ac animetur vt Paulus ad Ephe-
 sios innuit dicēs: *Polliciti seruare vnitatem*

C 2

tem

- Ephes. 4.* *tem spiritus in vinculo pacis, unum corpus & vnus spiritus, quasi dicat, Sicut corpus ex pluribus membris, quæ ab vna anima viuificantur componitur, ita corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, ex multis Christianis, qui vno spiritu reguntur constat. Confir-*
- Iren. lib. 1. c. 3.* *tur enim iuxta Irenæum ex diuersis nationibus ecclesia; nam vt inquit Io-*
- Ioan. 11.* *annes: bere prophetauit Caïphas cum esset pontifex anni illius, quod Iesus morturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret: & fieret, vt ipse Christus ait, ouile vnum & pastor vnus; se ipsum vnum pastorem principaliorem absq; exclusione sui Vicarij Papæ & successorū eius intelligens; Hinc n. ipse met oues suas, & agnos pascendas commendauit, vt alibi tangemus. Nolumus hunc articulum diuisionis, & scismatis authores credere: Sed approbat eam, & probat Apostolus tractans illud geneseos, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhaerebit uxori suæ: Nam vt inquit Hieronimus: testimonium hoc Paulus edisserens ad Christum refert, & ecclesiam; vt primus*
- Genes. 2.*
- Hierō. ep. ad Geron-tiam.*
- Adam*

Adam in carne secundus in spiritu monogamus sit: Sit una Eua mater cunctorum uiuentium: sit una ecclesia parens omnium Christianorum: Sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit uxores; sic hanc heretici in plures ecclesias lacerant; quae iuxta Apocalipsin Ioannis Synagoga magis diaboli appellanda sunt, quam Christi conciliabula. Huc uique Hieronimus, addo, si audire placet, qui ita loquitur, Cyprianum, Videns diabolus idola derelicta & propter nimium credentium populum sedes suas, ac templa deserta, exortit aut nouam fraudem, ut sub ipso Chri^{sti} nomine titulo fallat incautos: Hæreses inuenit & scismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem. Hæc ille. Videte ergo quo spiritu agantur, qui ecclesias multiplicant, ut malesari sui cerebri somnia stabiliant; & suæ unusquisque se partis caput constituent: Verè non ecclesias Dei, sed Diaboli Synagogas ædificant.

Porro in malum illi abeant, aut quo bonum ipsis videbitur: nos enim cum Chryso^{stomo} ex Apostolo discimus ecclesiam esse ecclesiam Dei vo-

Cypriã. de
unit. eccl.

Chryso^{stomus}
Hom.
in 1. a.
Cor.

candam, ut ostendatur, inquit ille, in unum eam redigi oportere; Nam si Deus est, una est: non Corinthi solum, sed universi orbis ecclesia; cuius quidem nomen non separationem, sed unionem & consonantiam significat. Vnde Hieron. ait.

Hieron. ep.
57. ad Damasum.

Quicumque extra hanc domum agnoscit, comederit profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit peribit regnante diluui.

Neutiquam ergo hæretici titulum unitatis Ecclesiæ suæ arrogent; proprius enim est Ecclesiæ Catholicæ; illorum autem sectis nihil unum inuenitur; non una doctrina, non una fides, non vnus vsus eorundem sacramentorum, non vnus caput, non vnus spiritus. Sciunt hoc ipsi, fatentur & experientur, cum inter se odijs plus quam Variianis, ut Cadmei fratres concurrunt, & nos suo loco ostendemus. Interim gaudeant & consolentur se Catholici, quod ex hoc unitatis signo se domesticos ecclesiæ Dei agnoscant: Et summa ope ea caueant ob quæ ab huius corporis unionem separari mererentur: nam maxima incommoda hinc eos sequerentur, uti videbimus, cum de cæsuris, ac pænis ecclesiasticis agemus. Nunc ad alia ecclesiæ signa properemus.

CA